



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 19. Quid Usurarius restituere tenetur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

Q. 19. *Quid Usurarius restituere tenetur?*

Resp. Tenetur restituere tum usuras acceptas, & fructus non merè industriales ex iis perceptos, tum etiam omne lucrum cessans, & damnum emergens ex usuris acceptis. Quia tenetur ratione injuriæ, exigendo, accipiendo, & possidendo rem alienam sine justo titulo; cum mutuum non sit titulus justus, nec sponte, ac liberaliter res donata sit: nam mutuarius nollet ultra sortem dare, si posset aliter mutuum accipere, & sic involuntariè dat, non spontè, nec liberaliter.

Q. 20. *An usura mentalis obligat ad restitutionem.*

Resp. I. Qui mutuavit principaliter ob spem lucri, aliàs non mutuaturus, tenetur restituere, quæ postea ultra sortem accepit à mutuuario cognoscente ejus intentionem usurariam, etsi nullum pactum præcesserit. *Ita S. Antonin. & alii.* Quia mutuarius non intendit dare gratis, ac liberaliter, sed tanquam debitum ex mutuo, vel dat ex metu, ne aliàs mutuum sibi denegetur. At injustum est accipere, & retinere aliquid datum duntaxat ut debitum, quod revera debitum non est, vel quod nec sponte, nec liberaliter datur. Et pravitas usuræ consistit in eo, quòd speretur, vel accipiat aliquid non omnino gratuitum, & voluntaria-